UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 6. D. Chaldais Ciceronis locum è Theophrasto conuersum videri.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70864

Visual Library

fuit non etiam ὁμομήτειος: bis errauit Æmilius, q
eam germanam ipſius ſororem fuiſſe dixit. Imò v
ſi cõſanguinea tantùm fuit, dicere auſim, cauſam
fuiſſe, cur Athenienſium legibus Cimon in exili
pelleretur. Stuprum enim, non inceſtum fuiſſet. Ince
ſtum ſiquidem non committitur cum ea, quam q
dùcere vxorẽ poteſt. Sed certè veriſimilius eſt, ger
nam fuiſſe: & eo illum exulaſſe, quòd eam ἀδελφὴν
vxorem ducere auſus eſſet. Nam illud quidem a
mentũ ex Athenæo, non fuiſſe additurum ...
niſi idem fieri poſſet etiam οὐ παρανόμως, æquè b
eſt, ac ſi quis, quia Cicero alicubi dicit, Catilinam
ſtem patriæ nefariè moliri, colligat, idem non ſe
nefariè, ſed interdum etiam ſine ſcelere fieri poſſe
ſtremò ſanctiſſimus & eruditiſſimus vir Cyrillus A
xandrinus libro ſexto aduerſus Iulianum, nõ ſim
concubitus, ſed nuptias cum ſorore Cimoni, vt ſce
nefarium obijcit: non facturus, ſi id apud Athen
ſes legitimum & vſitatum fuiſſet. Tunc enim acc
Solonem oportuerat, qui id permiſiſſet, non Ci
qui patriæ ſuæ legibus paruiſſet.

De Chaldæis Ciceronis locum è Theophraſto conuer
videri. CAP. VI.

CHALDÆI, ait Cicero libro primo De diui
tione, *non ex artis, ſed ex gentis vocabulo nomi*
diuturna obſeruatione ſiderum, ſcientiam putantur eff
vt prædici poſſet, quid cuique euenturum, & quo quiſq
to natus eſſet. In quo, quòd ait Chaldæos ex gentis
ex artis, vocabulo nominatos, pertinet ad cõmu
errorem refellendum, quo genethliacos, cuiuſcum
gentis forent, Chaldæos vocabant: ita vt id artis
gentis, vocabulũ haberetur. Quod autẽ ait de illo
ſcien

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſcientia, aut vanitate potius, & falſa opinione ſcientiæ, ex Theophraſto ſumptum videri poteſt: qui eos temporibus ſuis in magna admiratione fuiſſe dicit: quod non ea tantùm prædicerent, quæ communia eſſent, vt tempeſtatẽ, ſerenitatem, & ijs ſimilia, ſed etiam quomodo quiſque victurus, quomodo moriturus eſſet. Atque hoc de Proculo cognouimus: apud quem ſcriptum eſt: Θαυμασιωτάτην δὲ εἶναί φησιν ὁ Θεόφραστος ἐν τοῖς καθ᾽ αὐτὸν χρόνοις τὴν τῶν χαλδαίων περὶ ταῦτα θεωρίαν, τά τε ἄλλα προλέγουσαν, καὶ τοὺς βίους ἑκάστων, καὶ τοὺς θανάτους, καὶ οὐ τὰ κοινὰ μόνον, οἷον χειμῶνα, καὶ εὐδίας· ὥσπερ καὶ ἀστέρα τὸν ἑρμοῦ χειμῶνος μὲν ἐκφανῆ γινόμενον ψύχη σημαίνειν, καύματα δὲ θέρους εἰς ἐκείνους ἀναπέμπει. πάντα δ᾽ οὖν καὶ τὰ ἴδια, καὶ τὰ κοινὰ προγινώσκειν ἀπὸ τῶν οὐρανίων, ἐν τῷ περὶ σημείων βίβλῳ φησὶν ἐκεῖνος.

De honore qui Olympionicis & interdum imperatoribus re præclarè geſta habebatur. Emendatus Æmilij Probi locus.

CAP. VII.

QVANTO in honore fuerint antiquitus Olympionicæ, nemini, qui paulum modò verſatus in hoc litterarum genere, ignotum eſt. Solebãt autem inter cetera, donari coronis aureis: vnde & Pindarus Olympiam vocat μητέρα χρυσοστεφάνων ἀέθλων. Imperatores quoque, re bene & feliciter geſta, interdum tamquam admodum rarò, eodem honoris genere afficiebantur. Sic Cyro, poſt tam multas tamque inſignes victorias in auitum regnum redeunti Cyaxaris filia, quæ ipſius poſtea vxor fuit, coronam auream obtulit. Xenophon libro octauo: ὁ δὲ κυαξάρης ταῦτα μὲν ἐδέξατο, προσέπεμψε δὲ αὐτῷ τὴν θυγατέρα στέφανόν τε χρυσοῦν, καὶ ψέλλια φέρουσαν. Habitus eſt hic honos Alcibiadi quoque, cùm domita Lacedæmoniorum ſuperbia in pa-